

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi

Lectissimo

86

SPONSORUM PARI:

*Reverendo, Clarissimo VIRO*

**DN. M. JOHANNI**

**LAURENTIO,**

Francof. ad Viadrum

Ecclesiastæ fidelissimo:

&

*Honestissima, optimeq; morata Virgini*

**DOROTHEAE,**

*Reverendi atq; Doctissimi VIRI*

**DN. M. IOHANNIS SOBOLI,**

ibid. Ecclesiastæ p. m.

FILIAE:

*Nuptias autem d. V. Idus Septemb.*

Anno CHRISTI.

cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> XXXIV.

parantibus

Bene precantur

**AFFINES & AMICI.**

---

Typis Viduæ

**JOHANNIS EICHORNS.**

74

UNIO CONIUGII.



nio divina est, *Sunt Cuncta sub*  
*Uno, & ab Uno,*  
*Inq; Unum, Adq; Unum, cuncta*  
*creata fluunt.*

*Unus itemq; duo Caro sint effecit ut*  
*Una,*

*Et nedissiliant, certa statuta dedit.*

*Sit caput Uxoris Vir, sit subiecta marito*

*Uxor: Apostolica est Regula scripta thoro.*  
*ἐν ἀγαθῇ πολυκοιρανίῃ, εἰς κοίρανος ἔσω,*

*Sit Vir Coniugii κοίρανος, atq; Domus.*

*Sin secus, inde biceps monstrū uno in Corpore surget,*  
*Per Vult, & Non-Vult Unio rupta thori est.*

*Sed tibi, LAURENTI, precor hac sit ut Unio*  
*firma,*

*Sit sine dividiā Velleq; Nolleq; idem.*

*Eq; tuā SOBOLA Soboles tibi plurima crescat,*  
*Sint plures Uva Vitis, at una Domus.*

*Unio divina est: Divisio dæmone nata.*

*Unus enim Deus est, dæmones innumeri.*

Simon Ursinus D.

Prospera

Prospera quo tua sint LAURENTI Vota, precabor:  
Pacata sint, foecunda sint.

Aenigma Grammaticum.

**V**ox est brevis Germanica  
Quæ quinque constat literis,  
Quarum revulsa quælibet

Post se relinquit jugiter,  
Integra quæ sit, voculam.  
Adeoq; voces quatuor  
Hæc una de se procreat.

Hæc voce demptâ, Nuptiæ  
Non amplius sunt nuptiæ.

Præscinde primam literam,  
Herbamq; habebis floridam,  
Quæ sit veneno toxicum.

Sublata si sit altera,  
Latina remanet dictio.

Si tertiam tollas quoque,  
Latina vox relinquitur.

Sed neutra Verbum aut Nomen est.

Hic Griphus est. Dic quæ sit hæc  
Amice Lector, parva vox?

M. Martinus Heinsius

Ad Cathedram Ecclesie Bran-  
denburgensis Pastor & Inspector.

Dum

**D**um Sobolignatam promus dicat ille bonorum  
Collega propriam, debita vota fero:  
*Vita, salus, soboles, diuturna, perennis, honesta*  
Sponsorum thalamum, Numine dante, beent,  
Nomen Dorotheæ sic rebus congruet ipsis,  
Sponsa Dea donum commoda mille feret.

M. Johannes Christophorus Ludacus,  
E. F. in aede Superi: Concionator.

**C**ura fuit sepe hac multorum subdita cordi,  
(Cen, sua quam, curant multi aliena magis.)  
Quenam appellari tandem LAURENTIA possit,  
Quæq; tuum tandem sponsa aditura torum?  
Hanc legit ille Tibi: Tibi mox hic destinat illam:  
Frustra: consilium fallit utrumq; suum.  
Sponsam qui legit est Deus, & qui destinat illam,  
Est idem: atq; idem est, qui tibi jungit eam.  
Dorothea est tibi lecta, licet non omnibus æquis,  
Virgo puellaris gloria prima chori.  
Quamnam de Viadri potuisses poscere Nymphis,  
Ipsa splendidior qui pietate foret?  
Quam Tibi legisses, morum quæ pulchrior esset:  
Cultu: conda, suo tempore, proma suo.  
Hæc duo summa tenet tua Nympha: quid exigis ultra,  
LAURENTI cordis portio magna mei?  
Pro duplici hoc dono duplex tibi defero votum:  
SIT SINE LITE TORUS, NON SINE PROLE DO-  
MUS.

M. Balth: Kupfer.

*Votiva.*



Votiva Προσφωνησις.

Ad

DN. SPONSUM,

Amicum suum Veterem, ac quondam Commensalem suavissimum & honoratissimum  
cum allusione ad Nomina  
SPONSÆ.

**M**ens erat, ut nostri, per amabile quærere nomen  
SPONSE, tuam SPONSAM quò decorare queas.  
*Turtur, Ovis, Cygnus, cumq; ore dedisset Ocellus*  
Materiem, ast voto non satis esse queo.

Namq; diem demit morosa frequentia rerum:  
Hinc cape, quas fundò, VIR REVERENDE, preces.

*Munus* ut ipsa *DEI* Nympha est; sic munere lætus

Vive Sibyllinos Nestoresq; dies!!

Repleat & thalamum *Soboles*! *SOBOLÆ Sobolemq;*

sic videas! revocet te *Soboles SOBOLÆ!*

Pluraliq; carens numero Nomen benè flectas,

Quo sine defectu sic recitare queas:

Hæc <sup>N</sup>*Soboles* <sup>G</sup>*Sobolis* <sup>D</sup>*Soboli*, <sup>A</sup>*Sobolem*, <sup>V</sup>*Sobolesq;*

Æquat, amat, Salve. Nunc scateo <sup>A</sup>*Sobole*.

*Sebastianus Reverendus*

*Cam: Electoral; Brandenb: Colonia cis Suevum Advocatus, & Acad: Francof. p. r. Syndicus.*



Uis non lætetur tecum venerande JOANNES  
LAURENTI, tibi dum bella puella daturæ  
Optâsti sociam præclaro sanguine natam,  
Quæ pietate viget, signa pudoris habet.

A 3.

Nomine

Nomine erat JANUS SOBOLUS Pater, arte Magister,  
FRANCFURTI in Patriâ Myſta fidelis erat.  
MARGARIS aſt Mater benè MEURERIANA vocata,  
Virtute antiquâ, Religionis amans.  
Hæc tua ſit conjux, tibi ſit medicina malorum!  
Moestiſ in rebus, dulce levamen erit.  
Ipſe DEUS coelo vobis benedicat ab alto!  
Circumdet thalamum pax, & amica quies!  
Hunc reverenter habe reverendum, Nympha, JOANNEM,  
Tu quoq; Sponſe, tuam DOROTHEAM SOBOLM.  
Gratulor ex animo, LAURENTI, Affinis amandæ;  
Felix ſit thalamus! ſit ſine lite thorus.

Jacobus Thammius  
Eccleſiaſtes.

---

**E**cce tibi fortuna favet, Venerande Magiſter,  
Dum tibi florenti Sponſa decore datur:  
Hæc certè pulchrâ faciet te prole parentem:  
Quid SOBOLE in vitâ dulcius eſſe poteſt?  
Chriſte pijs Sponſis ſis hospes talis, ut olim  
Hospes eras ſponſis deficiente mero.  
Ordinis ò noſtri Fautor, fundator & autor  
Non procul à junctō fœdere cede, precor.

amoris & affinitatis gratiâ  
fecit

M. Gallus Mevius.  
Paſtor Reipziensis.

---

**D**OROTHEAM SOBOLI ſobolem, Reverende Magiſter,  
Legiſti ſociam corde calente tori.

Illu



Illā sacras hodiē tibi conjungetur ad arās,  
Pronuba quam CHRISTI junxerat antē manus,  
Næ tu conjugii felix dicendus honesti,  
Contingat generis cui pia nupta boni.  
Namq; Pater Sponsæ, nec non Avus illius, ambo  
Tractârunt Zelo cœlica verba pio,  
Proq; sua CHRISTI cœtum docuere virili,  
Quæ faciēda piis, quæ fugiēda forent.  
Horum etiā est pietas urbi notissīma toti,  
Quā præiere suo, laude sequente, gregi.  
Tu quoq; suggestum, LAURENTI, scandis eundem,  
Successus, equidem spero, habiture pares.  
Est pietas eadem vobis, concordia sit par,  
Quod voveo, sit par fertilitate torus.  
Conjugium tantā quod prosperitate redundet,  
Quid cupiat majus, quid melius vè sibi?

gratulab. fbb.

M. Joannes Mollerus.  
Scholæ Rector.

**P**ater, & soboles SOBOLUS perfecit uterq;  
In templo munus non sine fruge suum.  
Præсо ИОНАНЕС jam soboli LAURENTIUS  
ipsi  
Succedens populum non sine laude docet:  
Pontificum rabiem spernit, præcepta LUTHERI  
Præ reliquis vigilans nocte, dieq; legit.  
Tertius è SOBOLU genitā cum voce ИОНАНЕС  
DOROTHEAM per amet, suscipiatq; domum;  
Apprecor

*Apprecor, ut doctus Neonymphus floreat arte  
Marchiaco, sicut Laureagrata, solo.  
Conspiciat letam Sobolem propagine longâ,  
Qua patulo mundo seruiat, atq; DEO;  
Multos majorum SOBOLORUM transigat annos,  
Sed socero plures, faxit Iovæ meus.*

Sic modulabatur

M. Andreas Ebertus,  
Dn. Sponsi Affinis

---

**D**um SOBOLI Sobolem sociam tibi jungis  
amice,  
Quid magis exoptes, quàm Sobolis Sobolè?  
Jungo igitur mea vota Tuis, Sobolèq; Parentis  
Æterni veneror, quò tibi det sobolem.

Ex sincero adfectu apponeb.  
M. G. Bojanus.

---

Paragramma

M. JOHANNES LAURENTIUS SPONSUS. §7788.  
E Pentagonis cum Monade:  
SOBOLAM DUCIS: PROME, UT VIDEAS §1879.  
SOBOLEM.

**J**am SOBOLAM DUCIS, *Laurenti*, PROME calorem,  
UT VIDEAS SOBOLEM; nam caluisse juvat.

Συρίδας adponebat

M. Iohannes Balzar.  
Neostadio-March.

Nunc

**N**unc iterum nova lætitiæ dare signa, Thalia  
Lætaq; cum plausu fundere metra jubet.  
Ergo tibi paucis precor his, doctissime  
sponse:

Carmina nam tempus non habuere suum  
Vivite concordēs, felices vivite, sancti  
Vivite, Nestoreos exuperate dies.  
Adsit *εὐχ*, verum absit *εἶρις*, nec dextera dextram  
Linquat, sed thalami sit rata, firma fides:  
Quod volet ille, voles, ô formosissima sponsa,  
Tu quoq; sponse facer, quod volet illa, voles.  
Crescite divino benedicti numine semper,  
Humanumq; simul multiplicare genus.

*Georg. Moller. LL Studiosus.*

**Dactylische Ode.**

Agia.

**S**zhe! wer ist da! die Ich so von weiten  
Sehe auß jenem Gemache raus gehen:  
Lieber! wie kan sie die Gaben außbreiten  
Wie bey Ihr Weyrauch vnd Myrrhen entstehn/  
Die herrlich sich zeigt  
Wie Benzoe steigt  
Nach ihren Gebrauch  
Vnd Mastix im gleichen

**B**

**Dieß**

Dieß eben erreichen  
Etwa durch einen anmütigen Rauch.

Thalia.

Ach mein Herr Bräutigam! kommet vnd gehet  
Ewre Geliebete ruffet gemacht  
Eylet vnd schawet wie artlich sie stehet  
Lächelt vnd wincket vnd blincket euch nach

Sie saget vor Frewde

Wir wollen nun beyde

Hingehen zu plaz

Wir wollen uns quicken

Die Händlein drücken

Werthester Bräutigam liebster Schatz

Euphrosine.

Wollan Herr Bräutigam! brauchet der Liebe/  
Der Neid des Glückes Euch ja nicht versehr-  
Daß auch kein Unfall Euch jemals betrübe/  
Sondern daß übers Jahr Gott euch verehr

Was euch anlachtet

Vnd Possen hermachtet/

Nebst diesen zu lezt

Ich wünsche viel Frewden

Euch Liebesten beyden.

Eylet zu Felde wo Venus ikt heht.

Dieses dem Herrn Bräutigam zu Ehren

verfertigt von

Adam Luidtken/ auß der Alten Marck.

Ob

**D** mich zwar solte zum tichten vnd schreiben  
Vnser Braut Hochzeit-Fest besser antreiben/  
Wird man doch wissen daß Kummer vnd Schmerken  
Tödtten die Geister vnd kräncken die Herzen  
Daß man im Wercke der neun Pierinnen  
Nimmer was löbliches möge beginnen.  
Wünsche derhalben daß ich zu viel Jahren  
Möge daß sie noch im Leben erfahren /  
Alles Bekümmerniß vnd schweres Velden  
Müssen sich ferne von ihnen weg scheiden.

Dieses hat zu Ehren dem Herrn Bräutigam  
in Ehl auffgesetzt

Thomas Schultze  
von Guben.

---

### Unterredung beyder Verlobten. Braut.

**L**iebster / ach Liebster! was thut ihr begehren?  
Was vor ein Pfand trewe Liebe von mir?  
Nichts weiß ich heut besser euch zu gewehren/  
Als diesen Kranz / vnd mich selbstten alhier.  
Mit der Blüte der Jugend.

Nehmet Zucht / Ehr / vnd Tugend /  
Diß solt ihr allzeit finden bey mir.

Bräutigam.

Liebste! was machet ihr euch vor Gedancenz  
Bin ich doch dessen versichert gewiß/  
Daß ewer Herz nimmer kan von mir wancken/  
Biß Lethe selbstten hier mache den Riß.

Was der Höchste erfindet  
Keusche Liebe verbindet /  
Dasselbe bleibt vnauflößlich gewiß.  
Braut.

Liebster: so bin ich von Herzen erfreuet /  
Daß meine Treu euch nun gänzlich bekant /  
Drumb mich der newe Kauff gar nicht gerewet /  
Weil denn der Höchste selbst also gewand.  
Nun so lasset vns lieben /  
Vnd vns selb nicht betrüben /  
Gott helt gewiß über vns seine Hand.

Diß übersendet von Stettin  
Samuel Lorentz  
Sponsi Frater.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674









86

Lectissimo  
NSORUM PARI:  
do, Clarissimo VIRO

JOHANNI  
IRENTIO,  
ncof. ad Viadrum  
fiastæ fidelissimo:

&  
e, optimeq; morata Virgini

OTHEAE,

ndi atq; Doctissimi VIRI  
HANNIS SOBOLI,  
Ecclesiastæ p. m.

FILIAE:  
autem d. V. Idûs Septemb.

Anno CHRISTI.  
1634 XXXIV.

parantibus  
Bene precantur  
FINES & AMICI.

Typis Viduæ  
ANNIS EICHORNS,

74

